


Christian Ohm Johannes Coien

Disputatio Iuridica De Mandato

Rhodopoli: Pedanus, 1613

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730624439>

Druck Freier  Zugang



56
52
52

Disputatio Juridica
DE
MANDATO

QUAM
JEHOVA DUCE *Christoph*

Consensu & autoritate amplissimi facultatis Juridicæ
ordinis in celeberrima Illustrissimorum Ducum Mega-
polensium Academia,

PRÆSIDE

Clarissimo & Consultissimo Viro,
Dn. CHRISTIANO DOMINI,
J. U. D.

Pro viribus defendere conabitur

JOHANNES COIEN,
Rigã Livon.

I. D. 187. 56.
ad 13. diem Februarij
loco & hora consuetis.

•••••

RHODOPOLI *Rostock*

Typis Joachimi Pedani, Anno 1613.

R. U. - jur 1613 Ohm, Christian/c

*Magnifico & Nobilissimo
Viro,*

Dn. I A C O B O C O I E N,
Burgrabio regio & Proconsuli amplissimo
inclutæ Reip. Thoruniensis,

Reverendo & Clarissimo Viro,

Dn. M. HERMANNO SAMSONIO,
Pastori cathedralis apud Rigenses templi primario,
Scholæq; ephoro solertissimo, præceptori
olim suo observando,

Spectabilibus Amplissimisq; Viris,

Dn. IOACHIMO RIGEMANNO,
avunculo suo carissimo,

Dn. BENEDICTO HINTZEN,
adfini suo deamando,



consulibus inclutæ Civitatis Rigensis
prudentissimis, meritisimis,


*Dop. Mecænatibus suis summè
colendis,*

*in debitum amoris, gratitudinis & obser-
vantia uxurior.*

Hæc Theses

afficiose dicat cons. cralg.

JOHANNES COIEN
Rigâ Livor.



THESIS I.



Mandatum est contractus jurisgentium & bonæ fidei solo consensu constans de faciendo aliquid gratuitò.

Mandati vox $\omega\lambda\upsilon\sigma\eta\mu$ est. Idem n. plerumq; significat generaliter, quod præceptum sive iussus: aliquando specialius idem quod decretum Principis seu præceptum publicum Magistratus, de quali mandato agitur in t. C. & Nobel. 17. de mandat. Princip. Frequentius sumitur pro commissione alicujus negotij, qua significatio huic loco propria est, ut ex definitione patet.

Dicitur a. Mandatum quasi manu datum, quod in mandatis dandis accipiendisq; manus sibi invicem dari mos erat, qui etiamnum hodie plerumq; vulgò observatur. Joh. Calvin. in lexic. suo jurid. verb. Mandare: que manuum datio, pro fidei symbolo apud omnes ferè gentes habita fuit. Isid. 5. etym. 24. Et hanc nominis notationem Dd. communiter sequuntur, attestante Treutlero 1. disp. 27. th. 1. l. a. Sunt qui volunt Mandatum esse dictum quasi ex mea manu datum: quò alludere videtur Schneid. in pr. n. 3. Inst. h. t. quod enim quis per se facturus erat, inquit, alteri gerendum committit.

II. In hac mandati tractatione sex capita cum primis observabimus 1. Subjectum. 2. Causam. 3. Accidentia. 4. Objectum ex quo fumentur divisiones. 5. Effecta. & 6. Pugnancia.

Breviter tamen præter hæc Mandatum sub genere contractuum rectè contineri dicimus: quia ex eo per voluntariam conventionem nascitur obligatio. l. 1. in pr. ff. h. t. de qua infra. Hinc rejicitur Accursij, Mozzy in tract. suo de mand. c. 1. n. 7. & aliorum opinio, qui mandati genus in definitione constituunt Officium. 6. Treutl. d. disp. 27. th. 1. l. b.

III. Subjectum sunt personæ mandatum contractantes. Estq; duplex: Relatum & Correlatum.

IV. Relatum subjectum est persona, quæ aliquid fieri mandat, & vocatur Mandans s. i. J. h. t. sive Mandator. Briffon. in verb. Mandare.

V. Subjectum correlatum est persona, quæ aliquid faciendum suscipit, & vocatur Mandatarius sive Procurator. Donell. ad rubr. C. h. t. n. 18. Vult. 1. J. R. c. 38. n. 4. & 10.

De utroq; subjecto hi notentur Canonēs :

1. Mandare possunt omnes, qui contrahere. *arg. l. 22. §. 9. ff. h. t. Mozz. in d. tr. c. de pers. inter quas mand. 3. n. 1.*

Et ex hac ratione etiam mulier rectè mandat, scil. in suâ causa, *arg. l. 2. C. ad Sctum Vellej. l. 13. in pr. l. 21. ff. eod. Mozz. d. c. n. 10. secus si in aliena. l. fin. §. si mulier ne ipsa. 3. l. si fidejussores 6. ff. ad Sctum Vellej. Mozz. d. c. n. 11. Treuth. d. disp. th. 2. l. a. Hinc mandare non potest furiosus. l. 2. §. 1. ff. de procurat. l. furiosi. 40. ff. de R. I. neq; infans. l. 1. in pr. ff. de V. O. neq; pupillus sine tutoris auctoritate. l. in negotijs. §. in fin. ff. R. I. qui tamen ex mandato locupletior factus omninò obligatur. l. Et si quis impediatur. 14. §. 15. §. 16. ff. de religiof. §. sumt. fun. Mozz. d. tr. c. de person. 3. n. 3. §. seqq. neq; servus: quia cum illo nulla est jurisvisibili obligatio efficax. l. cum servus 54. ff. h. t. l. obligari 43. l. servi ex delictis 14. ff. de O. §. A. l. in personam 22. ff. de R. I. si nimirum suo nomine mandat: aliàs nomine Domini actionem mandati Domino vel in Dominum querit. in pr. l. per quis person. nob. obl. acquir. l. si vero 12. §. planè 3. ff. h. t. l. Servum quoq; 33. in pr. ff. de procurat. Azar. Sturtz. part. 2. method. disp. 4. th. 4. l. a. Deportatum a. §. excommunicatum mandare posse verius esse putamus. Diff. Treut. d. disp. 27. th. 1. l. a. §. c.*

2. Mandatum quoq; suscipere possunt omnes, qui contrahere; Sive patresfam. sive filiosfam. sint. l. et si vero 12. §. si filiosfam. 6. l. quod filiosfam. pen. ff. h. t. l. mandasti filio 46. ff. negot. gest. c. generaliter. §. 1. de procur. in 6. Mozz. d. c. 3. n. 7. §. seqq. Item faminae, modo non mandetur eis virile negotium. l. ait prator. 3. §. haec verba. 1. ff. de negot. gest. l. sed §. si quis 7. §. 1. de Instit. act. l. idemq; 10. §. si cui mandavero 6. vers. §. Papinianus ff. h. t. Treut. d. disp. th. 2. l. b.

Servus a. ex eorum numero non est, licet etiam bonâ fide serviat: quia non liberâ voluntate, sed quasi ex necessitate servili rem sibi mandatam exequitur. l. At quia natura 19. §. si libero homini. 2. ff. de negot. gest.

Hic non inconcinne queritur, An mandatarius negotium susceptum alteri demandare possit? Quod cum indistinctè §. in genere affirmari non possit, distinctio Andr. Lipski cent. 1. pract. obs. 45. n. 17. placet.

3. Unius negotij plures mandatarij esse possunt, & contrâ. *arg. l. creditor. §. 5. Duobus qui. 2. ff. h. t.*

VI. Tantum de Subjecto: sequitur Causa, & est vel Efficiens, quæ hic propriè dicitur Fundamentum: vel Finalis, quæ Terminus.

VII. Fundamentum sive causa efficiens mandati est Consensus, quo solo, ut reliqui contractus consensu constant, mandatum perficitur: qui ab utraq; parte tum mandantis tum mandatarij intervenire debet. l. 1. in pr. l. si remunerandi 6. §. 1. ff. h. t. Wesemb. in par. n. 4. ff. eod.

Est

VIII. Est a. consensus vel expressus, vel tacitus.

IX. Expressus, qui fit verbis expressis: idq; vel inter presentes coram, vel inter absentes per nuncium sive epistolam. l. 1. §. 1. l. si quis alicui. 27. in pr. l. cum controversia. fin. §. 1. ff. h. t. Donell. ad Rubr. C. b. t. n. 12.

De quo hi notentur Canones:

1. Intervenit consensus expressus vel in ipso actu, l. 1. §. 2. §. 3. ff. de pactis. Vel post per ratihabitionem, puta, quando id quod nostro nomine captum est probamus, & ad peragendum actorem hortamur. Dd. in l. Julianus 11. ff. qui satisd. cog. Vid. etiam Mozz. d. tr. mand. c. de divis. mand. 1. n. 70. Unde rectè dicitur, ratihabitionem retrahibi, & mandato equiparari. l. semper qui 60. l. hoc iur. 15 2. §. 2. ff. R. I. c. ratihabitionem. de R. I. in 6. An v. ex diuturnitate temporis mandatum presumat, queritur? nisi alijs adminiculis ea suffulta sit, negandum putamus. arg. l. obligationum. 44. §. circa diem. 1. ff. O. & A.

2. Non interest, quibus verbis consensus ille exprimat, aut mandatum fiat. Potest a. fieri per rogo, volo, peto, supplico, mando, & quaecunq; verba similia & idonea. l. 1. §. 2. unct. gl. 1. ff. h. t. Donell. ad rubr. C. eod. n. 8. Verba autem commendatoria sive epistole commendaticie non inducunt mandatum. l. si verò. 12. §. cum quidem. 12. ff. h. t. l. fin. C. quod cum eo qui in alien. & c. Schneid. in pr. I. n. 5. VVesemb. in par. num. 6. ff. Donell. ad rubr. num. 11. & ad l. si literas. 7. n. 5. in fin. C. h. t. Verba quoq; hortor, moneo, etsi consensum interdum arguant. Schneid. d. n. 5. Verè tamen mandatum non inducunt. l. ob hæc. 20. in fin. ff. de his qui not. infam. l. idemq; 10. §. si quis ea. 7. ff. h. t. Uti nec verbum persuadeo. l. 1. §. idem Pomponius. 14. ff. depositi. quia in his verbis non intervenit animus obligandi. Mozz. d. tr. c. de substanc. mand. n. 9.

3. Expressus consensus à parte mandantis nil valet, nisi mandatarius susceperit, vel non contradixerit. l. si mandavero. 22. §. fin. ff. h. t. à parte mandatarij nil valet, nisi mandans postea eum ratum habeat.

d. l. semper qui. 60. ff. R. I. l. 16. §. 1. ff. de pignor. l. vero. 12. §. fin. ff. de solution. l. licet verum. 56. ff. de judic. & c. l. 1. §. sed & si quod. 14. ff. de vi & vâ arm. l. & qui serbo. 7. §. 1. in fin. C. quod cum eo qui in alien.

X. Tacitus consensus est, qui fit per patientiam vel silentium, & ab altera parte intervenisse presumitur.

Hic in jure regulariter expresso equiparatur. l. ad decurionatum. 7. §. fin. ff. de decurion. l. quotiens filiusfam. 2. in pr. ff. ad municipal. & de incol. l. patrem. 1. C. de filijsfam. & quemad. pro his. l. si ut proponis. 5. C. de nupt. Quare si is, cujus consensus requiritur, presens adesset, ac taceret, equidem tacitus ejus consensus inde colligitur, & perinde valet, ac si expressè consensisset. Mozz. in tr. de stipul. c. de

consens. n. 7. Unde si patiar, ut tu pro me fidejubeas, mandare dicor. l. semper qui
60. ff. R. I. d. l. si remunerandi. 6. s. si passus. 2. l. qui patitur. 18. l. si pro te. 40. l.
qui fide. 53. ff. h. t. Mozz. in tr. mand. c. de divis. mand. 2. n. 71. Donell. ad l. 6.
n. 3. & seqq. C. h. t. Item si Dominus sciat, alium sua negotia gerere, & non con-
tradicat, ob patientiam prestitam mandasse intelligitur. Vult. 2. J. R. c. 13. n. 3.

XI. Terminus sive finis mandati est Utilitas, cujus gratia mandatur aliquid fieri, vel suscipitur.

Ut nimirum in ijs rebus, quibus ipsi interesse non possumus, autore Cicerone,
opere nostrae vicaria fides amicorum supponatur: atq; ita commune commodum mu-
tuis officijs gubernetur. VVesemb. in par. n. 7. ff. h. t.

XII. Et haec Utilitas respicit vel mandantem tan- tum, vel extraneum tantum, vel mandantem & extra- neum, vel mandatarium & extraneum, vel mandantem & mandatarium, vel utrumq; simul & extraneum.

1. Mandantis tantum gratia intervenit mandatum, veluti si tibi mandem,
ut negotia mea gereres, ut fundum mihi emerēs, pro me fidejuberēs. §. 1. Inst. & l. 2.
§. 1. ff. h. t.

2. Extranei tantum gratia; veluti si tibi quis mandet, ut Titij negotia gereres,
vel ut Titio fundum emerēs, vel pro Titio sponderēs. §. 3. I. l. 2. §. 2. ff. h. t.

3. Mandantis & extranei gratia: veluti si de communibus, suis & Titij ne-
gotijs gerendis tibi quis mandet, vel ut sibi & Titio fundum emerēs, pro se & Titio
sponderēs. §. 4. I. & l. 2. §. 3. ff. h. t.

4. Mandatarij & extranei gratia: veluti si tibi quis mandet, ut Titio sub
usuris crederēs. Si a. mandarem, ut Titio pecuniam crederēs sine usuris, alienā tantum
gratia intercedit mandatum. §. 5. I. l. 2. §. 5. ff. h. t.

5. Mandantis & mandatarij gratia: veluti si mandet tibi, ut pecuniam sub
usuris crederēs ei, qui in rem, i. e. utilitatem ipsius scil. mandantis mutuetur. §. 2.
I. & ibi Borch. l. 2. §. 4. ff. h. t.

6. Utriusq; simul & extranei gratia: veluti cum mandem, ut fundum emas
pro me & pro te & pro Titio, secund. gl. & Schneid. in pr. I. n. 11. in fin. h. t.

Mandatum autem solius mandatarij causa intervenit, quando nec mandantis
nec alius interest, mandatum illud fieri: idq; supervacuum est. in pr. I. h. t. & Con-
siliium magis, quam mandatum dicitur: veluti si tibi mandem, ut pecunias tuas fa-
nores potius, quam in emtiones praediorum colloques, vel ex diverso. Ex hoc tamen ne-
mo obligatur. l. consilij. 47. ff. de R. I. c. nullus 62. de R. I. in 6. etiamsi non expedi-
at, cui datur. Liberum enim est cuiq; apud se explorare, an expediat sibi consilium.
§. tua tantum 6. I. l. 2. §. fin. ff. h. t. Consilium dico non fraudulentum. cum enim
fraus intervenit in consulente, tenetur de dolo: veluti cum scires, eum, cui mutuo da-
bam, facultatibus labi, & tamen lucri tui causa eum idoneum affirmasti, l. quod si

4472

um 8. ff. de dolo mal. d. l. consilij. 48. ff. de R. I. Vel cum tibi mandem, ut in vicinum oppidum proficiscaris; Et ibi pecuniam tuam fanori colloces, cum scirem in itinere predones esse teq̄ expectare. Donell. ad rubr. n. 17. C. h. t. Schn. ad d. §. 6. l. n. 2.

XIII. Hæc de causâ: Accidentia mandati sunt vel Essentialia, quæ ipsi contractui semper insunt: vel Adiuncta, quæ tam abesse, quàm adesse salvo mandati contractui possunt.

De quibus accidentibus hi notandi veniunt Canones:

1. Mandatum antequam contractus perficiatur liberæ voluntatis est, perfecto vero necessitatis. l. si mandavero. 22. §. sicut autem. 11. l. 5. §. 1. l. si quis. 27. §. qui mandatum. 2. ff. h. t. §. 10. vers. mandatum non suscipere. I. cod. l. in commodato. 17. §. sicut. 3. ff. commodati. Gail. 1. obs. 46. n. 3.

2. Mandatum suâ naturâ gratuitum est.

Non enim est mandatum, nisi opera gratis præstetur. l. 1. §. ult. l. 36. §. 1. ff. l. 20. in si n. C. h. t. cum nimirum illud originem ex officio Et amicitia trahat. d. l. 1. §. ult. cui contraria est merces. d. l. 1. l. sibi. ff. de præscr. verb. idq̄ ad differentiam locationis, ubi opera mercede præstatur. Mynsing. ad rubr. l. h. t. n. 6. Vult. 1. I. R. 6. 38. n. 14. Salarium tamen aliquod remunerandi Et laboris causa intercedere potest, non ut merces, sed ut honor quidam, nec eo vitatur hic contractus. l. si remunerandi. 6. in pr. ff. h. t. l. 1. ff. de extraord. cognit. l. adversus. 1. in pr. ff. si mensor falsum mod. dix. l. 38. ff. locat. Heig. p. 2. q. 1. n. 92. Et hinc non est de nihilo, quod quaeritur, salarium an omninò debeatur ijs, qui mandatum susceperunt Et executi sunt, sine ulla conventionione, an verò non nisi constitutum, Et promissum? Distinguo cum Donell. ad l. 1. n. 8. C. h. t. quem vid. Et d. l. 1. §. in honorarijs. ff. de extraord. cogn.

3. Mandatum præcedere debet obligationem vel potius ipsum negotium quod mandatur.

Quia mandatum non potest intervenire pro eo, quod est factum, sed pro eo, quod demùm fieri debet. Sic si mandem tibi, ut pecuniam amico egenti mutues, cui tu jam ante meum mandatum mutuo dedisti, mandati non teneor tibi; nisi ex post facto ratihabitio sequatur l. si vero. 12. §. si post. 14. ff. h. t. Mozz. d. tr. c. de subst. mand. n. 3.

4. Mandati fines diligenter custodiendi sunt.

Qui enim excedit, aliud facere videtur, nec mandatum implere: Et exinde tenetur l. diligenter. 5. ff. h. t. §. is exequitur. 8. Et ibi Schneid. I. cod. l. cum mandati. 12. C. cod. Cujac. 12. obs. 34. Mozz. c. de natural. mand. n. 6. Et seqq. An v. habens mandatum ad vendendum, videatur etiam illud habere ad precium accipiendum discipatur? quod Aff. arg. l. quod servus. 35. ff. de solut. Et liberat. Fachin. 2. contr. 93.

5. Causa mandantis interdum melior fieri potest: deterior v. nunquam. l. præterea. 3. in pr. ff. h. t.

6. Ex

6. Ex adjunctis mandati est, quod illud fieri possit, vel purè, vel sub conditione, vel in diem. §. 12. I. l. 1. §. 3. ff. b. t. 6. etiam Mozz. c. de divis. mand. 2. n. 91. Et seq. ubi exemplis hic canon declaratur.

XIV. Sequitur nunc materia circa quam sive Objectum mandati: quod est vel Principale, i. e. ipsum negotium, vel Accessorium: ubi hi observentur Canones.

1. Omne negotium sive res honesta & licita mandari potest.

Hinc liquet res turpes mandari non posse. l. si remunerandi. 6. §. 3. l. si vero. 12. §. si adolescens. 11. l. si mandavero. 22. §. qui edem sacram. 6. ff. Et §. Illud. 7. I. h. t. ut sunt furta, adulteria, homicidia &c. aut si talia mandentur, obligatoria non esse, imò nullas; nam in jure paria sunt, non esse & nullius valoris esse, ut infra dicitur. Hereditatis quoq; aditio, ut & alij actus legitimi sua naturâ mandari non possunt. l. actus 77. ff. de R. I. Treutl. d. disp. 27. th. 4. horum enim actuum inter cetera proprium hoc est, ut non fiant per procuratorem. Cujac. 15. obs. 16. Diff. Duar. 2. disp. 27. quem sequitur Fachin. 6. contrö. 96.

2. Accessorium mandati est omne illud sine quo principale mandatum expediri nequit.

Quod licet non expresse, simul tamen mandatum censetur. arg. l. 5. §. si ei. 14. ff. de instit. act. l. cuius iurisdictio. 2. ff. de iurisdict. l. ad legatum. 62. ff. de procurat. Unde mandato alicui dato, ut frumenta coemta transmitteret, censetur etiam datum, ut navim vel plaustra conduceret, cum sine his negotium principale expediri minime posset. Mozz. c. de natural. mand. n. 14. Et seqq.

XV. Ex objecto, videl. re quæ venit in mandatum præcipuæ sumuntur divisiones.

XVI. Ex eo enim Mandatum est vel ad negotium (de quo hic potissimum agimus) vel ad litem: utrumq; est vel publicum vel privatum, utrumq; etiam vel Generale, vel Speciale. l. 1. §. 1. ff. de procur. l. 11 §. fin. l. 12. ff. de pignor. act.

XVII. Speciale est vel totale ad unam aliquam totam causam, vel pariale, quod & specialissimum dici potest, ad partem aliquam unius causæ.

De hisce mandati speciebus brevis. hosce notabimus Canones:

1. Necessarium est in quovis mandato, ut forma ipsi tradatur, an generale, an speciale esse d. beat. per ea, que tradit Mozz. c. de subst. mand. n. 4.

3. In mandato generali veniunt ea, que constituentes facere solebant, & censetur datum secundum alias in similibus solita. l. 12. §. equitij ff. de usu & habit. l. vel univ. forum. 12. ff. de pign. act. vel etiam secunda ea, quæ ex confluentudine

tudine

rudine loci sunt. Mozz. d. c. de natural. mandati n. 18. Et seq. adeo ut mandatar-
ius ea facere possit, quæ Dominus ipse verisimiliter facturus esset.

4. In generali mandato consensus semper præsumitur intervenisse.

Quia mandatarius, qui habet mandatum generale, potest omnia facere sicut Do-
minus. Mozz. c. de debis. mand. n. 53. Quod in speciali secus est, ut supra dictum. Con-
sensus n. à parte mandantis nil valet, si mandatarius contradixerit; ex parte manda-
tarij nil valet, si quid egerit, nisi postea mandans ratum habeat. Unde tamen, si postea
ratum habere nolit ille, cujus negotia gesta sunt, Et quem mandatarius mandatarum
sperabat, nascitur actio negotiorum gestorum contraria. l. 2. in fin. ff. de negot. gest.
iunct. l. item si 5. in pr. ff. eod.

5. Ideo etiam in generali mandato præsumuntur fines mandati diligenter
observari: nec unquam dolus aut flagitium inclusum intelligitur.

Etiamsi aliquatenus excessus fiat: modo dolus aut culpa absit. l. creditor. 60. §.
Lucius. ff. h. t. Quod si ergo vel indebitum solvat aut recipiat, illicitum quid faciat,
facultates mandantis profundat aut temere alienet, videtur metas mandati transgressus
se, Et ex fide non agere. l. si procurator. 6. ff. de condict. indeb. ideoq. non plene, sed do-
lose Et fraudulenter mandatum exequi. d. l. 60. §. Lucius. in fin. quia mandatum sit,
ut res curentur, non ut dissipentur. Mozz. d. c. de divisi. mand. 2. n. 57. Et 62.

6. In speciali mandato res quæ mandatur semper debet esse certa.

Etiamsi precium non ita certum statuatur, Et contra precium certum esse debet,
si res quæ mandatur emenda sit incerta. l. 3. §. 1. Et 2. ff. h. t. Salic. in l. 2. §. 3. hie.
Quia si utrumq. incertum est, Et res Et precium, mandatum non valet. Videtur dif-
ferentia Mozz. d. tr. c. de reb. in quib. cad. mand. n. 4. sed tamen probat distinc-
tionem Saliceti, quam dedimus.

7. Speciale mandatum insuper in generali requiritur in certis quibusdam
casibus: quos longè à serie recenset Mozz. d. tr. c. de divisi. mand. n. 11. Et seqq.

XVIII. Nunc progrediamur ad Effecta: Est a. effe-
ctus mandati vel Immediatus, vel Mediatum.

XIX. Immediatus effectus est Obligatio, quæ con-
sideratur vel respectu mandantis vel mandatarij.

In hoc n. contractu obligatur non tantum is, qui mandatum suscepit, sed etiam
obligat sibi eum, qui mandavit, ita ut mutua hic nascantur obligationes. Donell. ad
rubr. n. 18. C. h. t.

De mutua hac obligatione hi notandi veniunt Canones:

1. Quia omne mandatum debet esse de re honesta; ideo nullum aliud obli-
gat præter honestum de re honesta. Aliud namq. de re turpi nullam obligationem parit.

Inter ipsos scilicet. contrahentes, ita ut mandanti mandatarius obligetur ad perfi-
ciendam rem turpem, quantumvis etiam iuramentum accesserit. l. 26. ff. de V. O. c.
non est obligatorium. de R. I. in 6. Imò quæ contra bonos mores fiunt, impossibilia de
jure

jure reputantur. l. 15. ff. de cond. inst. Impossibile a. nulla est obligatio. l. 145. ff. de R. I. Quin & hoc receptum est, mandatarius, licet penam delicti praestiterit, adversus mandantem tamen actionem nullam habet. arg. l. 203. ff. R. I. §. 7. I. b. t. c. 36. de R. I. in 6. Nam tale mandatum qui exequitur, penam potius, quam illi auxilio dignus est. l. 37. in pr. ff. de minor. Porro, cum damnus det, qui jubet dare. l. 169. ff. de R. I. & qui mandat aliquid fieri, ipse videtur fecisse. l. Praetor ait. 1. §. 12. ff. de vi & vi arm. l. 5. in fin. ff. quod vi aut clam. in eandem penam tam mandans quam mandatarius incurrunt, si tale mandatum fuerit impletum. l. 11. in pr. & §. 3. & seqq. l. nihil interest. 15. §. 0. C. in l. c. 1. ff. ad L. Corn. de sicarijs & ei, qui ex turpi mandato lesus est, contra utrumq; competit actio. Schneid. ad §. illud quoq; n. 3. I. b. t. atq; adeo non solum mandatarius, sive auctor delicti, sed & primus mandator querendus, &c.

Hinc ardua admodum resultat questio, Utrum mandans alicui, ut alterum vulneraret tantum, facta illi expressa inhibitione, ne eundem interficeret, homicidium penam sit puniendus, mandatario illum occidente? quod affirmandum putamus. Cum vulnera, ut dicitur, non dentur ad mensuram, & in maleficijs semper inspicitur eventus & effectus, quando sunt perfecta, & non voluntas. l. 16. §. 8. ff. de penis. Et ita statuit Mozz. c. de divis. mand. num. 79. Treut. d. disp. 27. tb. 3. l. g. Sturtz. d. disp. 4. tb. 4. l. d. à quib. tamen illorum non probatur opinio, qui Dominum offensum, cujus servus vel amicus offendentem occidit, illud continuo mandasse arbitrantur. arg. l. 4. C. de edend. l. 23. C. de probat. Clar. lib. 5. §. fin. q. 89. in fin. Quid si percussor simpliciter affirmet, hunc vel illum sibi mandasse, ut aliquem occideret, an faciat indicium ad torturam? N. nisi alia quedam presumptio & suspicio concurrat. vid. Mozz. & ibi alleg. autores. c. de divis. mand. n. 83. & seq.

2. Mandator mandatarium fervet indemnem.

l. 46. §. 6. ff. de procur. Iniquum n. esset illum damno affici, qui officium fidei amico postulanti praestitit. l. 15. ff. b. t. & apud quem nihil remanet. l. in pr. 20. ff. b. t. VVesemb. in par. n. 11. eod. Unde mandans etiam tenetur suppeditare mandatario omnes sumtus, quos (bona tamen fide) in executione mandati facere cogitur, nec ad rem pertinet, quod mandans, si ipse negotium gereret, minus impendere potuisset. l. 12. §. fin. l. 17. §. 4. ff. b. t. An & impensarum usure procuratori debeantur? omnino per ea, quae tradit Donell. ad l. 1. n. 3. C. b. t. Huc a. non pertinent etiam casus fortuiti, qui cum praevideri non potuerint, nullo bona fidei iudicio praestantur. l. 6. C. de pignor. act. l. 23. in fin. ff. de R. I. nec mandatis imputantur. l. 26. §. 6. ff. b. t. nisi aliter ab initio inter contrahentes convenit, & mandatarius quoscunq; casus fortuitos praestandos excepit. arg. d. l. 6. C. de pign. act. d. l. 23. ff. de R. I.

3. Mandatarius dolum, & omnem culpam etiam levissimam praestat.

d. l. 23. ff. de R. I. l. 8. §. fin. ff. b. t. l. 13. & ibi gl. C. de procur. Donell. ad l. 11. C. b. t. n. 12. & ad l. 21. n. 9. Cum n. in mandato quis de industria sua pollicetur, recte quoq; omnis culpa periculum in se suscipere dicitur. Et est ex bona fide, ut pra-

ut praestetur in omni contractu bonae fidei, quod quis dixerit, & adfirmavit. l. ex-
plo 11. §. & in primis 1. ff. de act. emt. Donell. 13. comm. 11.

4. Si plures mandatum receperunt, singuli in solidum quidem obligantur,
unius tamen solutione reliqui liberantur. l. creditor. 60. §. duobus. 2. ff. h. r. Mozz.
d. tr. c. de naturalibus mand. n. 32.

XX. Mediatas mandati effectus est Actio mandati, ul-
tro citroq; ex obligatione proveniens. l. servus meus 19. ff. h. r.

XXI. Eaq; ex parte altera est directa, ex altera Contraria.

XXII. Directa mandati actio datur Mandatori, ejusvè he-
redibus contra mandatarium ejusvè heredes, ad id quod
ejus interest mandatum impletum non esse, vel non eo mo-
do, quo mandatum erat: & ad id quod ad mandatarium
mandati occasione venit, neq; dum est restitutum.

l. 8. §. 6. l. Idemq;. 10. §. 8. & 9. ff. h. t. l. 16. C. eod. Vult. 2. J. R. c. 9. n. 46. ita ut
nullum lucrum ex causa mandati apud mandatarium maneat. l. 20. ff. h. t. Hic non in-
elegans suboritur questio, An si mandatarius, qui actione mandati convenitur, solven-
do non sit, haec actio propter ejus inopiam inanis reddatur? quo casu mandantem in-
integrum restitui aequum putamus. arg. l. 5. & 6. ff. de dol. mal.

Canon. Ex hac actione ob dolum suum condemnatus, fit infamis.

l. 1. l. 6. §. 5. ff. de his qui not. infam. §. 2. I. de pen. tem. litig. Mandati n.
inquit Cicero, non minus turpe est judicium, quam furti. cum sc. duas res sanctissi-
mas violet, amicitiam & fidem. VVesemb. in par. ff. h. t. n. 10.

XXIII. Contraria mandati actio datur mandatario,
ejusve heredi contra mandatorem ejusve heredem, ad repe-
tendū quicquid sumtuū ipse in exequendo mandato de suo
fecit, & in summa ad omne id, quod ex mandato ipsi abest.

l. 12. §. 7. l. idemq;. 10. §. 9. l. 27. §. 4. l. 45. §. 6. ff. h. t. l. 20. §. 1. C. h. t. nisi
fortè absit casu fortuito. l. 26. §. non omnia. ff. h. t. de quo etiam supra. Vult. 2. J. R.
c. 9. n. 46. In id §. quod mandatarius ultra mandatum utiliter gesserit, negotiorum
gestorum aget, non mandati. l. 2. l. 42. ff. de negot. gest. Cujac. 12. obs. 34. Salarium
quoq; certum sibi promissum mandatarius hac actione non consequetur, sed extra or-
dinem, vel alijs actionibus sive stipulatione sive pacto rectè exigi potest. l. 7. ff. l. 1. in fin.
C. h. t. VVesemb. in par. n. 12. ff. eod. Incerti a. salarij persecutio nulla est. l. 56. §. sala-
rium. 3. ff. l. salarium. 17. C. h. t. vid. etiam Donell. ad l. 1. C. eod. n. 12.

XXIV. Tandem ad Pugnancia mandati, quæ sunt modi
quib. illud rursus dissolvitur, & ex persona vel mandantis
vel mandatarij sumuntur.

Idq;

XXV. Idq; vel voluntate ipsorum contrariâ, vel morte.

Canones: 1. Quemadmodum Mandator mandatum revocare: ita Mandatarius renunciare mandato re integrâ potest. §. 9. & 10. I. h. t.

Quando a. res adhuc dicatur integra declarat Schneid. ad §. Illud quoq; n. 2. & §. seq. I. h. t. Mozz. d. tr. c. ult. n. 2. Latè Donell. ad l. 15. n. 10. & seqq. C. h. t.

Et specialiter hoc in contractu mandati receptum est, ut re integrâ, unius contrahentium voluntate contrariâ solvatur, idq; ex hac ratione, quod mandati executio in officio & beneficio consistat. l. 1. §. ult. ff. h. t. invito & beneficium non datur. l. invito. ff. de R. I. l. 25. §. 1. ff. de procur. quod nec invitus dare quis cogitur. Et hoc adeò verum est, ut pactum de non revocando vel non renunciando mandato nil valeat, ut notat Bartol. in l. 12. §. si mandatisero. ff. h. t. vid. Mozz. c. de accid. mand. §. n. 1.


Huc referri possunt & illi solvendi mandata modi, cum nimir. propter inimicitias capitales postea intervenientes ea solvuntur. l. sanè. 23. ff. h. t. l. 14. ff. de procur. vel ob adversam valetudinem, vel ob manes rei actiones, vel ob aliam justam causam. d. l. sanè. 23. l. 24. 25. ff. h. t. Don. ad d. l. 15. C. h. t. n. 6. & seqq. Mozz. c. quomodo annull. mand. n. 7. VVesemb. in par. n. 11. ff. de procur. Item ob status indeterius mutationem. c. si quem. de procur. in 6. Treutl. d. disp. 27. th. 6. l. d. & c.

2. Solvitur quoq; mandatum vel mandantis vel mandatarij morte: eaq; tam civili, ut comm. Dd. in l. 17. ff. de procur. Mozz. d. c. n. 18. quam naturali. §. 10. I. l. inter. 26. in pr. l. si quis alicui. 27. §. morte quoq; 3. l. si precedente. § 8. ff. h. t.

Et Mandantis quidem, cum non statim, quod sibi, etiam heredi suo geri expediat, vel etiam si maxime expediat heredi, procurator tamen ipsi non cogitur idem officium prestare, quod defuncto prestitum voluit. Mandatarij: quoniam mandans negotium, in mandatario duas cum primis res spectat & eligit, industriam scil. personæ & fidem. c. ult. §. 1. extr. de offic. & potest. jud. del. Hæ autem due res mandatarij personam non egradiuntur; quia in heredibus ejus aut non eadem fides est, non eadem industria, aut certe non pariter probata mandatori. vid. Donell. d. l. C. h. t. n. 9.

Sed & hic requiritur, ut res adhuc sit integra. Aliàs enim ut non voluntate contrariâ; ita nec morte cujusquam, re non amplius integrâ, mandati Actio adimi potest, sed ad heredes transit.

Hoc coronidis loco notandum: Mandator sive voluntatem mutaverit, sive decesserit, si mandatarius id ignorans mandatum implevit, placet eum mandati actionem habere, ne justa ei ignorantia noceat, aut damno afficiatur propter mandatum. §. Item adhuc. 10. I. l. si mandatum. 15. l. inter. 26. in pr. l. qui negotia. 34. ff. h. t.



indine locifunt. Mozz. d. c. de natural. mandati n. ruis ea facere possit, quæ Dominus ipse verisimiliter fac

4. In generali mandato consensus semper p
Quia mandatarius, qui habet mandatum general
minus. Mozz. c. de devis. mand. n. 53. Quod in speciali
sensus n. à parte mandantis nil valet, si mandatarius e
tarij nil valet, si quid egerit, nisi postea mandans ratum
ratum habere nolit ille, cujus negotia gesta sunt, & qui
sperabat, nascitur actio negotiorum gestorum contraria.
iunct. l. item si 5. in pr. ff. eod.

5. Ideò etiam in generali mandato præsumpu
observari: nec unquam dolus aut flagitium inclusu

Etiamsi aliquatenus excessus fiat: modo dolus at
Lucius. ff. b. t. Quod si ergo vel indebitum solvat aut
facultates mandantis profundat aut temerè alienet, vi
se, & ex fide non agere. l. si procurator. 6. ff. de condic
losè & fraudulenter mandatum exequi. d. l. 60. §. Luc
ut res curentur, non ut dissipentur. Mozz. d. c. de de

6. In speciali mandato res quæ mandatatur se

Etiamsi precium non ita certum statuatur, & eo
si res quæ mandatatur emenda sit incerta. l. 3. §. 1. & 2.
Quia si utrumq; incertum est, & res & precium, ma
sentire Mozz. d. tr. c. de reb. in quib. cad. mand. n.
nem Saliceti, quam dedimus.

7. Speciale mandatum insuper in generali
casibus: quos longâ serie recenset Mozz. d. tr. c. de

XVIII. Nunc progrediamur a
ctus mandati vel immediatus, vel M

XIX. Immediatus effectus et
sideratur vel respectu mandantis vel

In hoc n. contractu obligatur non tantum is, qu
obligat sibi eum, qui mandavit, ita ut mutua hic na
rubr. n. 18. C. b. t.

De mutua hac obligatione hi notanda

1. Quia omne mandatum debet esse de re ha
gat præter honestu de re honesta. Aliud namq; de r

Inter ipsos scil. contrahentes, ita ut mandanti
ciendam rem turpem, quantumvis etiam juramentum
tion est obligatorum. de R. I. in 6. Imò que contra

B

mandata

niffe.

re sicut Do

ctum. Con

te manda

en, si postea

mandaturum

negot. gest.

ti diligenter

editor. 60. §.

quid faciat,

ati transfisi

plene, sed do

mandatum sit,

& 62.

erta,

um esse debet,

2. §. 3. hic.

Videtur dif

at distinctio

s quibusdam

& seqq.

lt a. effe

quæ con

pit, sed etiam

es. Donell. ad

ones:

am aliud obli

gatione parit.

retur ad perfi

ff. de V. O. c.

impossibilia de

jure

